¶ Confirmat vnum angelũ pluribus homi-
nibus deputari siue simul siue temporib⁹ di-
uersis. c

# Ideoq̃ dici opor-

tet vnum eundẽq̃ angelũ bonũ vel malum
pluribus hominib⁹ deputari ad custodiã vel
exercitiũ. siue eodẽ tempe siue diuersis tem
poribus. Ideo aũt dicim⁹ eodẽ tempore vel
diuersis temporib⁹. quia videt̃ quibusdaʒ ꝙ
omnes homĩes qui sunt simul in aliquo tem
pore. singuli singulos angelos habere pos-
sunt bonos vel malos quia licet maior sit nu
merus hominũ cõputatis in vnũ omnibus
qui fuerũt ⁊ sunt ⁊ futuri sunt q̃ȝ angelorum
tamẽ quia homĩes decedentib⁹ hominibus
succedũt. Et ideo nunq̃ȝ simul sunt ĩ hac vi-
ta. Angeli vero nunq̃ȝ decedũt. ß simul om-
nes sunt: esse potest vt singuli hominũ dũ in
hac vita sunt singulos habeant angelos bo-
nos vel malos ad sui custodiã vel exercitiuȝ
destinatos. Ceteꝝ siue ita sit siue nõ: non est
dubitandũ vnũquẽq̃ȝ habere angelũ sibi de
putatũ. siue plurib⁹ simul destinatus sit. siue
vni singulariter. Nec est mirandũ vnum an
gelũ pluribus hominib⁹ ad custodiã deputa
ri. cũ vni homini pluriũ custodia deputetur.
ita vt eoꝝ quisq̃ȝ suũ dicat̃ habere dominuȝ
vel episcopũ vel abbatũ.

¶ Vtrum angeli ꝓficiant in merito vel ĩ p̄-
mio vsq̃ȝ ad iudiciũ. d

# Preterea illud con

siderari oportet. Vtrũ angeli boni in p̄mio
vel in merito ꝓficiant vsq̃ȝ ad iudiciũ. Q̄ in — *Quibusdam videt̃ ꝙ ꝓficiãt ĩ vtroq̃ȝ.*
meritis ꝓficiant atq̃ȝ quotidie magis ac ma
gis mereant̃. quibusdã videt̃ ex eo q̃ quoti
die hominũ vtilitatibus inseruiũt: eorumq̃ȝ
ꝓfectibus studẽt. Quibus etiaȝ nihilomin⁹
videt̃ ꝙ ⁊ in p̄mio ꝓficiant. s. in cognitione ⁊
dilectione dei. Licet em̃ vt aiũt in ꝯfirmatio
ne beatitudinẽ acceperint eternã atq̃ȝ perfe
ctam. auget̃ tamẽ quotidie eoꝝ beatitudo.
q̃ magis ac magis diligũt atq̃ȝ cognoscũt. ⁊
est eoꝝ charitas qua deũ ⁊ nos diligũt. ⁊ me
ritũ ⁊ p̄miũ. Meritũ q̃ ꝑ eã ⁊ obsequia ex ea
nobis impẽsa merent̃. ⁊ in beatitudine ꝓfici
unt. ⁊ ipã eadẽ est p̄miũ. q̃ ea beati sunt.

¶ Autoritatib⁹ ꝯfirmãt q̃d dicunt. e

# Et q̃ angeli profici

ant in cognitiõe ac ꝑ hoc in beatitudine: te-
stimonijs sanctoꝝ ꝯfirmãt. Dicit em̃ Esaias
ex ꝑsona angeloꝝ xp̄i ascẽdentis magnificẽ-
tiam admirantiũ. Quis est iste qui venit de
edom tinctꝭ vestib⁹ d̃ bosra. Et in ps̃. Quis
est iste rex glorie. Ex q̃bus apparet ꝙ myste-
rium vbi incarnati pleni⁹ cognouerũt ange
li post impletionẽ q̃ȝ añ. Et sicut in cognitõe
hui⁹ mysterij ꝓfecerũt. ita dicũt eos in deita
tis cognitione ꝓficere. Q̄ aũt in hm̃õi my-
sterij cognitõe ꝓfecerint euident̃ docet apo
stolus dicẽs. Que sit dispẽsatio sacramẽti ab
sconditi a seculis in deo: vt inotescat multi-
formis sapiã dei ꝑ eccliam p̄ncipib⁹ ⁊ potesta
tibus in celestib⁹. Sup quẽ locũ dicit Hiero. — *Hiero.*
angelicas dignitates prefatũ mysteriuȝ ad
purum non intellexisse: donec completa est
passio christi ⁊ apostoloꝝ predicatio ꝑ gẽtes
dilatata.

¶ Q̄ in hac sentẽtia videtur Augustin⁹ ad
uersari Hieronymo. f

# His autez videtur

ꝯtradicere Aug⁹. sup eundẽ locũ ep̃le dicẽs
Non latuit angelos mysteriũ regni celoꝝ.
quod oportuno tempe reuelatũ est ꝓ salute
nostra. Illis ergo a seculis innotuit sup̃ me-
moratũ mysteriũ. q̃ om̃is creatura nõ ante
secula ß a seculis est. Attende lector quia vi — *Determinatio p̄dictaruȝ autoritatum*
derunt dissentire in hac sentẽtia illustres do
ctores. Ideoq̃ȝ vt om̃is repugnãtia d̃ medio
tollatur p̄dicta verba Haymonẽ sequentes
ita determinem⁹. vt illis angelis qui maiorꝭ
dignitatis sunt. ⁊ ꝑ quoꝝ ministeriũ illa nun
ciata sunt ex parte cognita a seculis fuisse. vt
pote familiaribus ⁊ nuncijs: Illis vero q̃ mi
noris dignitatis sunt incognita extitisse dica
mus. vsq̃ȝ quo impleta sunt ⁊ ꝑ ecclesiam p̄di
cata. ⁊ tunc ab omnib⁹ angelis ꝑfecte fuerũt
cognita. Constat itaq̃ȝ omnes angelos in co
gnitione diuinoꝝ mysteriorum ſm ꝓcessum
temporis profecisse. Unde non incongruẽ-
ter ipsi dicunt angelorum scientiam ac beati
tudinem augeri vsq̃ȝ ad futuram cõsumma
tionem quando in scientia ac beatitudĩe ita
perfectissimi erunt. vt nec augeatur ampli⁹
nec minuatur.

¶ Alioꝝ opinio qui dicunt angelos in q̃bus-
dam p̄dictoꝝ non ꝓfecisse. g

# Alij autem dicũt an

gelos in confirmatione tanta deitatis dile-
ctione atq̃ȝ noticia fuisse preditos. vt in his
vlterius non ꝓfecerint. nec profecturi sint.